



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

XXII. Der Rath zu Perleberg verkauft einen Hof zu Dobberzin im J. 1322.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

Laurentii, vincencii, Martini, Nicolai Stephani, Georgii, Ambrosii, Jeronimi, Gregorii, Augustini, Sanctorum Margarete, Katerine, Marie Magdalene, Agathe, Anne, Agnetis, vndecim Millium virginum et in dedicatione eiusdem ecclesie et per octauam earundem festiuitatum causa deuotionis et orationis aut peregrinationis accefferint, Nec non qui ad luminaria, ornamenta seu queuis diete Ecclesie necessaria manus porrexerint adiutrices, aut qui in eorum testamentis vel extra aurum, argentum, vestimenta seu aliqua alia caritatiua subsidia diete Ecclesie legauerint, donauerint seu legari aut donari procurauerint, aut qui corpus eristi seu oleum sacrum cum infirmis portentur secuti fuerint, aut qui in serotina pulsatione campanae flexis genibus ter aue Maria dixerint, Et qui eymiterium eiusdem ecclesie circumierint et pro animabus omnium in ibi in cristo requiescentium et omnium fidelium defunctorum orationem dominicam cum salutatione angelica pia mente et deuota dixerint, quotienseumque premissa vel aliquid premissorum deuote fecerint, de omni potentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli nostrum quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentijs misericorditer in domino relaxamus, Dummodo dioecesani voluntas ad id accefferit et consensus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri. Datum Aunon X die mensis Decembris Anno domini M^o CCCC^o vicesimo primo Et pontificatus domini Johannis pape XXII Anno Sexto,

Nach dem Original,

XXII. Der Rath zu Perleberg verkauft einen Hof zu Dobberzin im J. 1322.

Pateat vniuersis presentia visuris et audituris, quod Nos Conules civitatis perleberghe recognoscimus presentibus et testamur, quod Johanni dicto Cupop et suis fratribus nec non veris heredibus rite vendidimus vnam curiam in villa Doberzin et duas areas ville predictae similiter adiacentes sine aliquo seruitio vel decima seu trecentesima, cum omni iure libere possidendam. Testes qui eo anno fuerunt in consilio civitatis Thide de pecolt, Thide de Kartane, Johannes Riebode, Lofe, Henricus Radolfi, Thide storerik, Thide Stüdenitz, Thide Cratz, Rulowe, Herwicus de nova domo et alii fide digni. Datum Anno millesimo trecentesimo vigesimo secundo, die sancte Agnese Virginis.

Aus dem Copial-Buche des Archidiaconus Buchholz.

XXIII. Johann, Heinrich und Jordan von Kröchern überweisen dem h. Geist-Hospital zu Perleberg zwei Dörfer und eine Mühle zu Perleberg im J. 1323.

Omnibus presens scriptum cernentibus pateat evidenter, quod Nos Johannes et Henricus milites et Jordanus famulus, dicti de Kröchern, recognoscimus presentibus publice protestantes, quod ex libera voluntate rite et rationabiliter vendidimus et iusto vendicionis titulo dimisimus domui sancti spiritus in perleberge, ad vsus pauperum infirmorum in eadem domo degentium, proprietatem omnimodam villarum speghelhaghen et Buewolde, sitarum prope civitatem perleberge, et novi molendini in superiori parte diete civitatis siti. Hanc proprietatem omni iure et libertate cum omnibus attinentibus eidem domui dimisimus, sicut illustris princeps quondam Hermannus Marchio Brandenburgensis ipsam patri nostro et nobis vendidit seu dimisit, provt in privilegio ipsius Domini Marchionis super hoc confecto, quod eiusdem domus provisoribus in testimonium predictae vendicionis presentavimus, continetur, et dicti provisors predictae domus pecuniam pro eadem proprietate solvendam nobis integraliter et ex toto expedite